

А. И. Тургенев

Выписки из Ватиканского Тайного архива

Том 1

**Москва
«Книга по Требованию»**

УДК 93
ББК 63.3
А11

А11 **А. И. Тургенев**
Выписки из Ватиканского Тайного архива: Том 1 / А. И. Тургенев – М.: Книга по Требованию, 2024. – 430 с.

ISBN 978-5-517-90968-8

Репринтное издание по технологии print-on-demand с оригинала 1841 года.

ISBN 978-5-517-90968-8

© Издание на русском языке, оформление
«YOYO Media», 2024
© Издание на русском языке, оцифровка,
«Книга по Требованию», 2024

Эта книга является репринтом оригинала, который мы создали специально для Вас, используя запатентованные технологии производства репринтных книг и печати по требованию.

Сначала мы отсканировали каждую страницу оригинала этой редкой книги на профессиональном оборудовании. Затем с помощью специально разработанных программ мы произвели очистку изображения от пятен, клякс, перегибов и попытались отбелить и выровнять каждую страницу книги. К сожалению, некоторые страницы нельзя вернуть в изначальное состояние, и если их было трудно читать в оригинале, то даже при цифровой реставрации их невозможно улучшить.

Разумеется, автоматизированная программная обработка репринтных книг – не самое лучшее решение для восстановления текста в его первоизданном виде, однако, наша цель – вернуть читателю точную копию книги, которой может быть несколько веков.

Поэтому мы предупреждаем о возможных погрешностях восстановленного репринтного издания. В издании могут отсутствовать одна или несколько страниц текста, могут встретиться невыводимые пятна и кляксы, надписи на полях или подчеркивания в тексте, нечитаемые фрагменты текста или загибы страниц. Покупать или не покупать подобные издания – решать Вам, мы же делаем все возможное, чтобы редкие и ценные книги, еще недавно утраченные и несправедливо забытые, вновь стали доступными для всех читателей.

ПРЕДИСЛОВІЕ.

Издавая въ свѣтъ собраніе относящихся къ Россіи Историческихъ актовъ на иностранныхъ языкахъ, Археографическая Комmissія признаетъ необходимымъ сообщить читателямъ нѣкоторые предварительныя свѣдѣнія о происхожденіи и составѣ сего собранія.

Началомъ ему послужили извѣстные выписки, сдѣланныя ученымъ Аббатомъ Альбертранди изъ Ватиканской и другихъ Римскихъ Библіотекъ на Латинскомъ, Италіянскомъ и Польскомъ языкахъ для Историка Нарушевича, по волѣ Польскаго короля Станислава Августа. Экземпляръ ихъ, писанный рукою Альбертранди, подаренъ былъ королемъ тогдашнему Россійскому Посланнику въ Варшавѣ Я. И. Булгакову, отъ котораго онъ въ послѣдствіи достался Дѣйствительному Статскому Совѣтнику и Камергеру А. И. Тургеневу. Карамзинъ пользовался упомянутыми выписками при сочиненіи III, VII, VIII, IX, X, XI и XII томовъ Исторіи Государства Россійскаго, и въ одномъ мѣстѣ (томъ IX, прим. 408) именно объявилъ о будущемъ ихъ изданіи Г. Тургеневымъ. Но разные обстоятельства съ одной стороны отвлекали послѣдняго отъ исполненія сего намѣренія, а съ другой доставили ему самому случай собрать обильнѣйшую для отечественной Исторіи жатву въ Иностранныхъ Библіотекахъ и Архивахъ, во время путешествій по Германіи, Италіи, Франціи, Англіи, Даніи и Швеціи. Въ одномъ Римѣ удалось ему составить коллекцію, богаче Альбертрандіевой, которую предполагалъ напечатать. При содѣйствіи начальника Ватиканскаго Тайнаго Архива Графа Марини Марини, онъ извлекъ болѣе 400 актовъ изъ сей, можно сказать, всемірной сокровищницы, гдѣ лежитъ болѣе двухъ миліоновъ однѣхъ Папскихъ буллъ, и хранятся начиная съ VII столѣтія, всѣ сношенія Рима съ прочими Государствами, дѣла нунціатуръ или донесенія Папскихъ пословъ изъ мѣстъ ихъ пребыванія, и такъ называемыя

historico, ubi vices centena millia epistolarum Pontificalium, quae nunc vulgo bullae vocantur, depositae jacent, ubi conservantur alia multa, a magistratibus Romanis ad alias civitates publice scripta, nec non epistolae nuntiorum seu legatorum Pontificalium e regionibus, ubi commorabantur, diversissimis Romam ex officio datae, praeterea sic dictae «*res gestae*» eorum scilicet, quae ubique terrarum evenissent, descriptiones, ab aequalibus illius aetatis hominibus elaboratae: quae ditissima antiquitatis monimenta studiosum ac laboris patientem virum, a quo e suo quasi sepulcro resuscitata in populorum Europae historiam novam lucem effundant, etiam nunc magnopere desiderant. Neque praeter Germanorum populum fuit, qui gloriari tanto historiarum studio posset, quippe qui soli «*Monimenta Germaniae historica*» habeant, partem aliquam ex iisdem fontibus Vaticanis a viro quondam clarissimo Steinfio Libero-Barone, primo consilii auctore, hausta et a doctissimo Pertzio in corpus redacta: nunc demum nostrates etiam hujus laudis participes esse voluerunt. Praeterea aliarum quoque principum in Europa civitatum bibliothecae et archiva, imprimis Parisiorum bibliotheca regia et archivum Ministerii rerum externarum multa et scitu digna historiae nostrae patriae documenta clarissimo Turgenevio suppeditaverunt. Qui vir cuncta haec, per plures annos apud exterarum nationes conquisita, historiae Russorum monimenta primum anno MDCCCXXXVII, deinde MDCCCXXXIX Imperatori Clementissimo venerabundus obtulit. Quo factum est, ut eodem MDCCCXXXIX anno jussu augustissimi Domini et Imperatoris omnia haec antiqua acta, quae nunc susceptae editioni materiem satis copiosam praebuere, Collegio Archaeographico imprimenda traderentur:

1. Excerpta e secreto archivio Vaticano inde a seculo IX usque ad XVIII in quattuor partes distributa, quorum singulorum veritas et integritas manu Comitissae illustrissimae Marino-Marini et sigillo ejusdem archivi comprobata est;
2. Collectanea Albertrandina, quae unum tantum volumen constituunt;
3. Excerpta e regia bibliotheca Taurinensi, e Parisiorum archivis et bibliothecis nec non ex Anglorum archivis.

Ita Collegium Archaeographicum, ad summam Imperatoris Augustissimi voluntatem se conformans, dilata in aliud tempus editione aliorum ejusdem argumenti monumentorum, latine et polonice conscriptorum, quae in ipsa Russia reperiuntur et plurima jam e provinciis, versus occidentem sitis, collecta in scriniis asservantur, primum omnium ad illam triplicem actorum collectionem jam jam imprimendam se accinxit. Haec actorum collectio in duo distributa est volumina, quorum hoc primum comprehendit excerpta e bibliotheca Vaticana, inde ab anno

регесты (*Res gestae*) или современныя описанія событій цѣлаго міра, и гдѣ все сіе еще ожидаетъ трудолюбивыхъ дѣлателей, чтобы пролить новый свѣтъ на Исторію Европейскихъ народовъ. Но доселѣ только Германцы могли похвалиться составленнымъ отчасти изъ Ватиканскихъ актовъ Перцовымъ собраніемъ *Monumenta Germaniae historica*, для котораго пріѣзжалъ въ Римъ Баронъ Штейнъ, первоначальный ихъ собиратель; теперь же и Русскіе привяли участіе въ столь полезномъ дѣлѣ. Библіотеки и архивы другихъ столицъ открыли Г. Тургеневу также весьма любопытныя документы для Отечества Исторіи, особенно Королевская Парижская Библіотека и Архивъ Французскаго Министрства Иностранныхъ дѣлъ. Всѣ таковыя, сдѣланныя въ продолженіе нѣсколькихъ лѣтъ, историческія пріобрѣтенія всеподаннѣе поднесены Д. Ст. Сов. Тургеневымъ въ 1837 и 1839 годахъ Государю Императору, вмѣстѣ съ упомянутою коллекціею выписокъ Альбертранди, и въ концѣ 1839 года, по Высочайшему Его Императорскаго Величества повелѣнію, доставлены въ Археографическую Коммиссію для напечатанія слѣдующіе акты, составляющіе предметъ нынѣшняго изданія :

1, Четыре тома выписокъ изъ Ватиканскаго Тайнаго Архива, начиная съ XI до XVIII вѣка. Вѣрность каждой изъ нихъ засвидѣтельствована подписью Графа Мартино Марини и Архивскою печатью.

2, Выписки Альбертрандіевы въ одномъ томѣ.

3, Выписки изъ королевской Туринской Библіотеки, изъ Парижскихъ архивовъ и библіотекъ, и изъ Англинскихъ архивовъ.

Согласно съ Высочайшею волею, Археографическая Коммиссія приступила къ печатанію сей тройкой коллекціи прежде всѣхъ другихъ Историческихъ актовъ, которые найдены въ Россіи на Латинскомъ и Польскомъ языкахъ, и коихъ множество уже прислано изъ западныхъ губерній. Они войдутъ въ особое изданіе, а нынѣ печатающеся собраніе актовъ составитъ два тома, изъ коихъ первый, здѣсь представляемый, объемлетъ собою выписки Ватиканскія съ 1075 года до кончины Царя Іоанна Васильевича въ 1584 году, расположенныя по порядку времени, такъ что между актами, пріобрѣтенными чрезъ Графа Мартино Марини, вставлены Альбертрандіевы гдѣ слѣдовало, а въ случаѣ тождества актовъ, помѣщенныхъ у того и другаго, выбираемъ былъ исправнѣйшій и полнѣйшій списокъ, съ показаніемъ при немъ вариантовъ изъ другаго списка.

Всѣ сіи акты, представляя непрерывную цѣпь распоряженій, посредствомъ которыхъ Папы старались распространить свою власть на Востокъ и на Сѣверъ Европы, могутъ быть раздѣлены вообще на четыре части, по своему Риму

1. Съ Южною Русью.

MLXXV usque ad regis Ioannis Basilidis obitum, hoc est ad annum MDLXXXIV, secundum temporis ordinem disposita, et ita quidem, ut ad lacunas, si quae occurrerent, explendas actis per comitem Marinum comparatis interserta sint suo quaeque loco Albertrandina illa; quae vero apud utrumque, Marinum et Albertrandium, sint prorsus eadem et sine discrimine, ea desumpta sint e correctiore et integriore exemplo, lectionibus tamen variantibus ex altero adjectis.

Haec scripta, cum continuam exhibeant seriem consiliorum, quibus Pontifices Romani summam auctoritatem suam in partibus quoque, versus orientem solem et aquilonem sitis, ratam efficere conati sunt, in quattuor partes dividi possunt, habita ratione locorum, quo ex urbe data sunt. Etenim scripta data

1. in Russiam australem,
2. in Livoniam,
3. in Lituaniam et
4. ad magnos Volodimeriae et Moscoviae duces et omnium Russiarum reges.

Monimenta, aetate prima, spectant tempora historiae Russorum longe antiquissima. Corpus eorum incipit a Pontificis Gregorii VII epistola ad magnum ducem Isiaslavum Demetrium, qui rex *Ruscorum* ibi solet nominari (an. MLXXV). Quae deinde sequuntur acta continent rationes, quibus Pontifices Rom. provincias ducum Galiciae et Volodimeriae, post in regna nomine Galiciae et Lodomeriae conversas, sibi obstringere maxime nitebantur. Primum omnium notatu dignae sunt Innocentii IV epistolae ad Galiciae ducem Danielem et fratrem ejus Basiliconem Volodimeriensem (MCCXLVII et VIII. ann.), quos Pontifex, cum eos latinam Catholicam fidem jam profiteri putaret, reges ibi vocare consuevit. Quarum epistolarum nonnullae hunc habebant finem, ut Christianorum terras a Tartarorum quoque incursionibus quodammodo munirent. Sed quid plura? Lecturi haec acta etiam mores illius aetatis, scitu dignissimos, facile cognitos inde habere et, quid Christianae nationes, sub sole occidente viventes, de Russorum gente sensissent, optime intelligere poterunt. Namque anno quidem MCCXXIX Gregorius IX., Pontifex, per epistolam vetat connubia inter Catholicos et Ruthenos fieri, posteriori vero MCCXXXII anno idem Gregorius duces Polonorum hortatur, ne in bello Ruthenos, ab ecclesia Romana alienos, auxilio sibi adjungere velint, et eodem anno «pauperes» quosdam, a principibus Polonis oppressos, homines et perfugium sibi apud Russos quaerere coactos, lubens in fidem suam recipit.

Pontificiae in Livoniam datae litterae, quae non solum indigenas gentiles atque Estonos ad religionem Christianam ope ordinis Teutonici convertendos, verum

2. Съ Ливонією.

3. Съ Литвою.

4. Съ Великими Князьями Владимірскими и Московскими и Царями всея Россіи.

Первыя сношенія принадлежатъ къ древнѣйшему времени Русской Исторіи. Коллекція начинается письмомъ Папы Григорія VII (1075 г.) къ Великому Князю Изяславу Димитрію, котораго онъ называетъ Королемъ Русскимъ (*Regi Ruscorum*). Послѣдующіе акты заключаютъ въ себѣ домогательства Рима на присвоеніе духовной власти въ княжествахъ Галицкомъ и Владимірскомъ, превращенныхъ потомъ въ королевства Галицію и Лодомерію. Особенно замѣчательны письма Иннокентія IV (1247 и 1248 г.) къ Князю Даниилу Галицкому и брату его Васильку Владимірскому, конхъ онъ именовалъ Королями и почиталъ исповѣдующими вѣру Латинскую. Нѣкоторыя изъ посланій Папскихъ имѣли также цѣлю обезпечить христіанскія земли отъ нашествія Татаръ. Вообще въ сихъ бумагахъ читатель найдетъ любопытныя свѣдѣнія о состояніи тогдашнихъ нравовъ и увидитъ, какое понятіе имѣли о Русскихъ Западные христіане. Письмомъ 1231 года Григорій XI воспрещаетъ браки между Римскими Католиками и Русскими; въ 1232 году онъ же увѣщаетъ Польскихъ Герцоговъ не употреблять Россіянъ въ помощь на войнѣ, какъ инновѣрцевъ; въ томъ же году онъ принимаетъ подъ свое покровительство несчастныхъ, угнѣтенныхъ въ Польшѣ магнатами и принужденныхъ искать для себя убѣжища въ Россіи.

Сношенія Папъ съ Ливонією занимаютъ по древности своей второе мѣсто. Они касаются не только обращенія тамошнихъ и Эстонскихъ язычниковъ въ Христіанство посредствомъ Нѣмецкихъ рыцарей, но также и распространенія Латинской вѣры въ Сѣверо-западной Россіи.

Еще болѣе вниманія заслуживаютъ для Русской Исторіи усилія Римскаго Престола утвердить свою власть въ Литвѣ, какъ видно изъ актовъ третьяго разряда. Здѣсь особенно достойны замѣчанія письма Папъ къ Гедимину, который въ нихъ именуется сначала Королемъ Русскимъ (*Regi Ruthenorum*), также къ Королю Владиславу Ягайлѣ и къ Великому князю Витовту, конхъ Мартинъ V назначаетъ Викаріями своими въ Новгородъ и Псковъ, вѣроятно въ томъ мѣтніи, что сія область покорена и зависѣла отъ Литовскихъ Государей.

Наконецъ въ сношеніяхъ съ Владиміромъ и Москвою можно отличить письма къ Великому Князю Георгію Всеволодовичу (*Georgio illustri Regi Russiae*) о томъ, чтобы онъ отвергъ Греческіе и Русскіе обычаи и обряды, а принялъ бы Латинскіе; къ Св. Александру Невскому (*Alexandro Duci Susdaliensi*); къ митрополиту Исидору, о назначеніи его Легатомъ Апостольскаго престола въ Россіи; къ Вели-

etiam Romanam fidei confessionem in Russiae regionibus, partim ad septentriones, partim ad occasum vergentibus, divulgandam spectant, alterum pro temporis ratione locum occupant.

Sed conatus, quos Pontifices ad potentiam suam in Lituania confirmandam habuere, id quod e tertio actorum genere liquet, nobis adhuc multo magis observandi sunt. Hic imprimis scitu dignae occurrunt epistolae ad Gediminum, qui ab initio «*Ruthenorum rex*» ibi nominatur, nec non ad regem Vladislavum Jagellonem et ad magnum ducem Vitoldum, quos Martinus V., Pontifex, falsa fortasse opinione ductus, Novogradenses et Plescovienses, vi subactos, in Lituanorum ditionem venisse, vicarios suos pro his civitatibus nuncupat.

Denique inter acta, quae Moscoviam et Volodimeriam spectant, maxime omnium eminere videbis epistolas, primum ad magnum ducem Georgium, Vsevolodi filium «*regem Russiae illustrem*», ibi nominatum, quibus admonetur, ut, Graecorum et Ruthenorum moribus ac ritibus repudiatis, Romanorum religiones amplectatur, deinde ad «*Alexandrum, ducem Susduliensem*» (nimirum Sanct. Alexandrum Nevensem), tum ad Isidorum Metropolitam, qui certior fit, se legatum sedis Apostolicae in «*totius Russiae provinciis*» creatum esse, denique ad magnum ducem Basilicum Joannidem, cui suadetur, ut ecclesiae Romanae pareat, nec non epistolas ad regem Joannem, Basilii filium, cui consilium datur, ut ad Concilium Tridentinum legatos suos mittere velit.

Ad acta scitu dignissima oportet referre praecepta et regulas Herbersteinio illi et Jesuitae Possevino data, litteras Schlittenum spectantes, cui mandatam erat, ut opifices et viros doctos, in Russiam mittendos, apud Germanos conquireret, et multa alia, licet ad Pontificum consilia proxime pertinere non videantur. In scriptis posterioribus occurrunt multae de Moscoviae rebus litterae a Pontificiis legatis, nuntiis et aliis procuratoribus, in Polonia qui erant, scriptae, quae quamvis rerum varietate destituantur et non ubique fidem habeant, scripturo tamen historiam illorum temporum materiem non mediocrem suppeditare possunt. Ibidem reperiuntur regum et illustrium Poloniae magistratuum scripta ad Pontificum nuntios, ubi variae res belli, adversus Russos gesti, aguntur et inter cetera admodum proluxa et conviciorum plena regis Stephani Batorii epistola, qua ad similem regis Russorum Ioannis Basilidis epistolam respondetur.

Praeter litteras varias huic operi adjuncti sunt singulares descriptionum libelli, ut 1) narrationes de Russorum natione anno MDXIV, ab Ioanne Lascio, Archiepiscopo Gnesnensi, concilio Laterano oblatae, 2) narratio de Moscovia anno MDLVII, a Venetianorum legato Foscarino composita, vel ei saltem adscripta, 3)

кому Князю Василю Іоанновичу, съ предложеніємъ прислать пословъ на соборъ Трієнтскій. Къ числу любопытнѣйшихъ актовъ должно отнести еще данное Римскимъ дворомъ паставленіе Герберштейну, инструкцію Іезуиту Поссевину, документъ, касающійся Шниттена, которому поручено было пріискивать въ Германіи ученыхъ и ремесленниковъ для водворенія въ Россію, и проч. Въ актахъ позднѣйшихъ видимъ донесенія Папскихъ Легатовъ, нунціевъ и иныхъ агентовъ въ Польшу о дѣлахъ Московскихъ, донесенія конечно одностороннія и не всегда вѣрныя, однакожъ могущія служить вспомогательными матеріалами для Исторіи того времени. Тутъ же помѣщена переписка Польскихъ королей и Государственныхъ саношниковъ съ Папскими нунціями о войнѣ съ Русскими, и между прочимъ длинное укорительное посланіе Короля Стефана Баторія къ Царю Іоанну Васильевичу въ отвѣтъ на такое же письмо Царя къ Баторію.

Сверхъ грамотъ и донесеній заключаются въ семь собраній и особыя Историческія статьи. Таковы : 1, извѣстія о Русскомъ народѣ, представленныя въ 1514 г. на Латеранскомъ соборѣ Іоанномъ Ласкимъ, Гвѣзненскимъ Архіепископомъ, 2, извѣстіе о Москвитинѣ 1557 г., составленное Венеціанскимъ посломъ Фоскарино, или по крайней мѣрѣ ему приписываемое, 3, историческое и топографическое описаніе Россіи Венеціанцемъ Тієполо, 4, реляція Цесарскаго посла Пернштейна, изъ коей, равно какъ и изъ вышеупомянутого наставленія Герберштейну, видно, что Папы тайно дѣйствовали чрезъ посольства Вѣнскаго двора, надѣясь потери свои въ Германіи и Франціи, отъ распространенія протестантства, вознаградить пріобрѣтеніемъ власти надъ Россіею.

Остается сказать, какіе акты изъ собраній Альбертранди и Марини не могли войти въ составъ настоящаго изданія.

У Альбертранди помѣщено : *Anno 1130. Matthaei Cracoviensis Episcopi Epistola ad S. Bernardum Abbatem Clarevallensem de suscipienda Ruthenorum conversione*, гдѣ Епископъ Краковскій приглашаетъ извѣстнаго Бернарда Аббата Клервосскаго, причтеннаго Латинскою церковію къ Святымъ, заплѣсая обращеніемъ Русскихъ. Такъ какъ посланіе наполнено почти одними восклицаніями и риторическими украшеніями, то и сочтено излишнимъ помѣщать его вполнѣ. Довольно выписать изъ него заглавіе и нѣсколько строкъ:

Bernardo Dei gratia Clarevallensi Abbati viro venerabili et reverendo, omni praeconio digno et merito sanctitatis insigni, Matthaeus ejusdem gratia Cracoviensis Episcopus, et Comes Petrus, quos facit facere fructus.

Grates Deo nostro referimus, grates siquidem infinitas, qui vos talem, o Abbatum decus et gloria, nostro suscitavit saeculo, и т. д. похвалы Бернарду.

historica et topographica Russiae descriptio, a Venetiano Tiepolo conscripta, denique 4) libellus, a Caesareo legato Pernsteinio elaboratus, unde pariter ac e supra memoratis praeceptis Herbersteinianis patet, Pontifices, qui, parata sibi apud Russos auctoritate, detrimenta illa magna, potestati suae ab ita dictis Protestantibus, in Germania Galliaque in dies frequentioribus, illata, resarciri nonnihil posse putarent, secreto per Viennensium legatos causam suam agitasse.

Nunc reliquum est, ut paucis admoneamus, quatenus acta, ab Albertrandio et Marino deprompta, ad hanc operis editionem referri non potuerint. Etenim apud Albertrandium reperitur epistola, sic inscripta: «anno MCXXX. Matthaei, Cracoviensis Episcopi, epistola ad S. Bernardum, Abbatem Clarevallensem de suscipienda Ruthenorum conversione», in qua epistola Episcopus illi Bernardo, in Sanctorum ecclesiae Romanae numerum relato, persuadere conatur, ut negotium gentis Russorum, ad Christianam religionem convertendae, in se suscipiat. Quae epistola, cum nulla rerum copia se commendet, sed vanis tantum declamationibus et inani verborum tumore repleatur, judicata est indigna, quae huic operi integra immisceatur. Sufficiat hic inscriptionem ejus et aliquot lineas describi: «*Bernardo, Dei gratia Clarevallensi Abbati, viro venerabili et reverendo, omni praeconio digno et merito sanctitatis insigni, Mathaeus, ejusdem gratia Cracoviensis Episcopus et comes Petrus, quos facit, facere fructus,*

«*Grates Deo nostro referimus, grates siquidem infinitas, qui vos talem, o Abbatum decus et gloria, nostro suscitavit saeculo*» et ita porro innumerae laudes Bernardo. Porro Episcopus Matthaeus: «*Dilectus filius vester, magister A., nos ex parte vestra consuluit, si quis posset et ipsos Ruthenorum ritus atque observantias extirpare. Posset quidem Domine, posset, sed solus ille homo posset in quo potens gratia esset. Confidimus autem in Domino Jesu, quod, si Abbas Clarevallensis hic esset, hoc bonum facere posset. Gens autem illa Ruthenica, multitudine innumerabili ceu sideribus adaequata, orthodoxae fidei regulam ac verae religionis instituta non servat etc.*

Praeterea libellos inter Albertrandinos occurrit epistola cum hac mira inscriptione: «*Natalini, magni ducis Moscovitarum litterae belli denuntiatoriae ad Sigismundum Augustum, regem Poloniae et hujus ad illum responsio, anno MDLXIV*» quae epistola incipit ita: «*Nos, Natalinus, Dei et regni ejus Vicarius, potens et magnus Imperator, universae Russiae, Moscovitarum, Novogardianorum, Stolpitarum et albae Russiae haeres et princeps, denuntiamus tibi Sigismundo Augusto, jam Poloniae regi, his nostris apertis litteris omnem nostram inclementiam, iram et perpetuam inimicitiam*» cet. Haec epistola, ut sine dubio adulterina, composita

чего Епископъ Матѳей продолжаетъ: *Dilectus filius vester Magister A nos ex parte vestra consuluit, si quis posset et impios Ruthenorum ritus atque observantia extirpare. Posset quidem, Domine, posset, sed' solus ille homo posset, in quo potens gratia esset. Confidimus autem in Domino Jesu, quod si Abbas Clarevalensis hic esset, hoc bonum facere posset. Gens autem illa Ruthenica multitudine innumerabili ceu sideribus adaequata, orthodoxae fidei regulam ac verae religioni instituta non servat, и т. д.*

Между списками Альбертранди находится одинъ, подъ слѣдующимъ страннымъ заглавіемъ: *Natalini M. Ducis Moscovitarum litterae belli denuntiatoriae ad Sigismundum Augustum Regem Poloniae et hujus ad illum responsio MDLXIV.* Сія грамота начинается: *Nos Natalinus Dei et Regni Ejus vicarius, potens et Magnus Imperator universae Russiae, Moscovitarum, Novogardianorum, Stolpitorum et Albae Russiae haeres et princeps denuntiamus tibi Sigismundo Augusto, jam Poloniae Regi, his nostris apertis litteris omnem nostram inclementiam, iram et perpetuam inimicitiam, и т. д.*— Грамота эта псключена, какъ явно поддѣльная, сочиненная кѣмъ нибудь въ Польшѣ для представленія въ смѣшномъ видѣ Московскаго Царя: что доказывается небывальными въ Россіи именами *Natalinus* и *Stolpitorum*, неговоря уже о содержаніи сего письма, непохожемъ на слогъ грамотъ Царя Іоанна Васильевича.

Между списками Марини находятся нѣкоторые, хотя и имѣющіе въ заглавіяхъ своихъ: *ad Regem Ruthenorum, ad Regem Russiae, ad Principes Russianorum,* и проч., но касающіеся собственно Сербіи, Далмаціи, Помераніи и Острова Ругена. Всѣ подобныя грамоты надлежало исключить изъ собранія Историческихъ актовъ, собственно до Россіи относящихся; но какъ онѣ суть памятники сношеній Папскихъ съ Славянскими землями, сами по себѣ любопытныя, то и будутъ помѣщены въ прибавленіи ко второму тому сего собранія. Туда же отвесены изъ Альбертрандіева собранія письмо Оттокара Короля Богемскаго къ Папѣ Александру IV, и письмо Папы Урбана IV къ тому же Оттокару, отчасти только касающіяся Россіи.

Всѣ акты, здѣсь помѣщенные, напечатаны съ возможною вѣрностью противъ подлинныхъ списковъ. Въ нихъ встрѣчаются многія оскорбительныя выраженія на счетъ православія: но читатели поймутъ, что отъ западныхъ инновѣрцевъ среднихъ вѣковъ нельзя было ожидать другихъ отзывовъ. При каждомъ актѣ составленное Ватиканскимъ Библіотекаремъ заглавіе, переведено на Русскій языкъ. Латинское правописаніе подлинниковъ, часто ошибочное, соблюдено въ точности, исправлены только явныя погрѣшности въ немногихъ собственныхъ именахъ; про-

fortasse a quodam Polono, qui regem Moscoviae risui objicere volebat, id quod non solum ipsius epistolae argumento, plane ab epistolis regis Ioannis Basilidis alieno, sed etiam istis inauditis apud Russos *Natalini*, *Stolpitorum* nominibus satis comprobatur, ex hoc monimentorum corpore ejecta est.

Inter monimenta demum Marinina reperiuntur nonnullae epistolae, quae inscriptiones quidem huiusmodi prae se ferunt: «*ad regem Ruthenorum, ad regem «Russiae, ad principes Russiaeorum»* et simil: proprie tamen ad Serbiam, Dalmatiam, Pomeraniam et insulam Rugen pertinent. Omnes ejusmodi epistolae ex actorum numero, proprie Russorum gentem spectantium, merito quidem erant ejiciendae, sed cum eadem sint per se scitu digna monimenta eorum, quae Pontifices cum Slavorum gentibus agebant, appendici alterius voluminis insertae sunt, quo etiam binae epistolae, ex aliqua parte ad Russiam pertinentes, altera regis Bohemorum Ottocari ad Pontificem Alexandrum IV, altera Urbani IV ad eundem Ottocarum, relatae sunt.

Ceterum quaecunque his actorum voluminibus comprehenduntur summa cum diligentia ex autographis impressa sunt, idque tanta fide, ut vel convicia in ecclesiam nostram Orthodoxam, quae plurima sunt, intacta conservarentur. Etenim aequi lectores facile intelligunt, a hominibus medii aevi, de religionis ratione inter sese dissidentibus, judicia aequiora verbaque leniora expectari vix posse. Singulorum actorum argumentis, a doctissimo bibliothecae Vaticanae praefecto latine conscriptis, ubique Rossicae earundem interpretationes additae sunt. Orthographia quoque latinitatis mediae, falsa quidem saepenumero, accuratissime observata est, adeo ut non nisi manifesta in nonnullis propriis nominibus menda, ex librarii fortasse inscitia orta, ut Riow pro Kiow, tollerentur.

Sunt quidem hic nonnullae epistolarum Pontificiarum, quae jam antea in aliis libris impressa leguntur, sed plerumque haud integrae, et propterea non iniquum nec supervacaneum visum est, illas in hac quoque editione suum sibi locum vindicasse.

Redigendo et edendo huic primo volumini operam, quam poterat, impendit Collegii Archaeographici redactorum princeps et collega Consiliarius stat. A. Chr. Vostocov.

